



The Holy See

**IOANNES PAULUS PP. I LITTERAE APOSTOLICAE *POLONUS POPULUS* IMAGO B. MARIAE VIRGINIS
PERDOLENTIS, QUAE IN LOCO**

DIOECESIS COSLINENSIS-COLUBREGANI V. D. SKRZATUSZ VENERATUR,

PRETIOSO DIADEMATE CORONATUR Ad perpetuam rei memoriam. – Polonus populus, sicut omnes noverunt,

Beatissimam Virginem Mariam per saeculorum decursum peculiari veneratione est prosecutus, ut significanter ostendunt

sacrae eius imagines in templis et in viis collocatae. Inter quas illa profecto annumeretur oportet gratiosa, quae in

Ecclesia-sanctuario loci v.d. « krzatusz » collocata, a Christifidelibus sub appellatione Beatae Mariae Virginis Perdoletis

veneratur religioso pietissimo cultu, caelestium gratiarum copiam precantibus sibi suisque. Qua animarum utilitate

permotus certa spe ductus futurum esse ut multiplicata erga Virginem Mariam obsequies in christianorum bonum

cederent, petiit Venerabilis Frater Ignatius Je, Episcopus Coslinensis-Colubreganus, cum suis sane cleri populi que votes

componens, ut facultas sibi daretur Nostro nomine et auctoritate imaginem illam pretioso diademate coronandi. Nos

autem, collatis cum Congregatione pro Cultu Divino consiliis, eiusmodi precibus secundare voluimus. Hisce itaque Litteris

auctoritateque Nostra apostolica, Venerabili Fratri quem diximus partes committimus imagini Beatae Mariae Virginis

Perdoletis, in Ecclesia-sanctuario loci supra dicti servatae, pretiosam coronam Nostro nomine imponendi, iuxta ritus

formulamque praescriptam. Confidimus sane Nos fore ut illius sanctuarii fideles totiusque dioecesis ad Dei Genetricem

colendam magis magisque incitentur. Contrariis quibuslibet non obstantibus. *Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo*

Piscatoris, die II mensis Iunii, anno MCMLXXXVI, Pontificatus Nostri octavo. AUGUSTINUS Card. CASAROLI, a publicis

Ecclesiae negotiis © Copyright 1986 - Libreria Editrice Vaticana
